

1717.

1. ^{act} Bellmont, Phil. Franciscus: De iure pueniendi prin-
cipem, in proprio, vel alterius territorio, delinquen-
tem. 2 Scheff.
2. Busch, Joannes Bartholomaeus: De sponsalibus et matrimo-
nio.
3. Oberlein, Joen Cornelius: De arte interpretandi leges
civiles.
4. Eyselius, Joen. Philippus: De Veronice, Grunthut,
Schenpreisp.
5. Eyselius, Joen. Philippus: Dea, quod De morbis
habitabilibus, horumque causis
6. Eyselius, Joen. Philippus: De eo, quod medicamenta
simplicia compositis sint preferenda.
7. Gomerthausen, Joh. Valentinus: De bonis filiis
in aeternis.

8. Keipsch, Johann Michael: De jure hujus
in concursu creditorum
9. Meier, Johann Henricus, Facult. jurid. Decanus: (ad
Dissertationem inang. Joh. Georgii Volzii inserta)
10. Meier, Johann Henricus, Facult. juridicae Decanus:
(ad Dissertationem inang. Johannis Christiani Lindau
inserta)
11. Meier, Johannes Henricus; De absentia
12. Meier, Joh. Henricus: De impuberum tutelis.
13. Meier, Joh. Henricus: De expensis executionum
Vulgo von Hülfss-Geldern.
14. Meier, Joh. Henricus: Dissertationis inauguralis
juridicae tres juris controversi quaestiones con-
tinentes:

15.^a Meier, Abraham Henricus: De validitate dona-
tionis, quae facta uxori, in casa, quando viris,
postea lapsus est maritus, eaque a creditoribus
possidentur. 2 Bunde 1749? 1757

16. Reinkarth, Tobias Jacobus: De reo, alimento
et sumtis litis actori suppeditante.

17.^a Stuecker, Conradus Wilhelmus: De utraque
jurisdictione suprema ecclesiastica et
saeculari. 2 Bunde

18. Tenzell, Euerdas, Facult. juridicae decanus l. b. o.
(ad disputationem in auz. Johanni Cornelii Horreum
invitat.)

19. Tenzell, Euerdas, Facult. juridicae decanus l. b. o.
(ad disputationem in auz. Joh. Mich. Ketspochis
invitat.)

20. Tenzel, Ernestus, Facult. juridicæ decanus 1.6.5.
(ad Disputationem inaus. Joh. Georgii Flageri in-
vitat.)
21. Tenzel, Ernestus, Facult. juridicæ decanus. 1.6.5.
(ad Disputationem inaus. Johanni Christophori Senffii
invites)
22. Tenzelius, Ernestus; De legum cognitione economica
utili et necessaria
23. Tenzelius, Ernestus: De legitima juridicæ recitatione
24. Tenzelius, Ernestus: Mulier obstans in causis
civilibus et his quædam vel secularibus vel eccle-
siasticis, et criminibus.
25. Tenzelius, Ernestus: De impuris

26. Tengelius, Inventus : De suffragio comique concluso.

27. ^{9. 6} Treiber, Ioan. Philippus : Dissertationes iuridicae,
in qua cambelam dunc practicam : si fecisti, affir-
ma! . . . publicae Disquisitioni submittet. 2 Sem-
plura 1717-1736


28. Treiber, Ioann. Philippus : De clausula codicillari
testamento nunquam proficua.

[Faint, illegible handwriting on aged paper]



20.





20.11.1705/17, 18.3

THESES INAUGURALES JURIDICÆ
De

SPONSALIBUS ET MATRIMONIO,

Quas

DEO FAVENTE NUMINE
RECTORE HUIUS UNIVERSITATIS MAGNIFICENTISSIMO,
REVERENDISSIMO ET ILLUSTRISSIMO DOMINO,
DOMINO

PHILIPPO WILHELMO,
S. R. I. COMITE de BOINEBURG,

SACRÆ CÆSARÆ MAJESTATIS CONSILIARIO INTIMO & CAMERARIO, nec non METROPOLITANARUM ECCLESIA-
RUM, MOGUNTINÆ & TREVIRENSIS CANONICO CAPITULARI SENIORE, & respectivè SUPREMO CHORI-EPISCOPO, EMINENTISSIMI PRINCIPIS ELECTORIS MOGUNTINI CONSILIARIO INTIMO, ac CIVITATIS TERRITORIUM-
QUE ERFURTENSIS PRO-PRINCIPE &c. &c.

AUTHORITATE & DECRETO MAGNIFICI NOBILISSIMI
MAGISTRI IUDICUM ORDINIS
PRO LICENTIA

Summos in Utroque JURE HONORES, ac PRIVILEGIA DOCTORALIA obtinendi,

Publico Eruditorum Examine submitit

JOANNES BARTHOLOMÆUS BUSCH,
Duderftadianus,

Ad Diem Mercurij 6. Aug. Horis consuetis.

ERFORDIÆ, Typis GROSCHIANIS, Acad. Typogr.



INSTITUT FÜR
PHYSIK

MATHEMATIK

PHYSIKALISCHES
LABORATORIUM

VERGLEICHENDE
PHYSIK

PHYSIKALISCHES
LABORATORIUM

PHYSIKALISCHES
LABORATORIUM

PHYSIKALISCHES
LABORATORIUM

PHYSIKALISCHES
LABORATORIUM

PHYSIKALISCHES
LABORATORIUM

PHYSIKALISCHES
LABORATORIUM





CAPUT I.
DE
SPONSALIBUS.

Sponsalia à spondendo dicta definiuntur, quod sint mentio & repromissio futurarum nuptiarum.

Sponsalia alia sunt pura, alia conditionata, quibuscunque verbis contrahantur, nisi praesentia Parochi & duorum Testium adhibeatur, semper de futuro sunt. De conditionatis

Quæritur; Inicis sub Conditione Sponsalibus, an liceat uni sponsalium Conditione pendente pœnitere. Resp. Neg. item.

An Condicio turpis Contractui sponsaliorum

rum adjecta, p̄o non adjecta habeatur & sponsalia nihilominus subsistere faciat.

ꝛ. Neg.

Causa Efficiens Sponsaliorum alia est remota, alia proxima; Remota est Jus Gentium, proxima & quidem principalis sunt illi, qui proprio nomine; instrumentalis illi, qui nomine alieno eadem contrahunt. Uti Parentes & Procuratores speciali desuper mandato instructi,

Contrahunt Sponsalia omnes, qui non prohibentur, prohibentur autem primo, qui ad nuptias contrahendas inhabiles sunt, ob vitium corporis perpetuum vel temporale, si promissio ad tempus impediementi adhuc stantis relata sit. Prohibentur 2do furiosi, mente capti, Ebrij ebrietate nimirum plenâ inducente mentis alienationem, surdi muti & cœci simul, Infantes ob defectum Consensus,

Ubi quæritur an Minor septennio valide contrahat sponsalia, si malitia ætatem suppleat?

Resp. Affirm.

Forma

do Forma sponsaliorum in vera promissione & repromissione ipsorum contrahentium signis exterioribus sufficienter manifestata consistit; hinc

Quæritur: An in digniori Conditione positus minus dignæ matrimonium promittens, ut usum corporis ejus habeat, teneatur eandem ducere, vel an eidem aliunde satisfacere possit?

Resp. Suppositis supponendis tenetur eandem ducere, nec aliud præstando de justitia liberatur.

Consensus Parentum in Contractu Sponsaliorum requirendus de Jure Canonico necessario non est, & quamvis sponsi eum non requirendo peccent sponsalia tamen propterea neque invalida sunt, neque exheredari possunt &c. Quin autem sponsalia jam contracta ob rationabilem dissentum Parentum possint irritari, nobis extra dubium est.

Taciturnitas, porrectio manum, mutua

A 3

annu-

annulorum traditio, reciproca donorum oblatio, aut verba dubie interpretanda, nisi aliis concomitantibus, signa sponsaliorum Contractuum non sunt.

300 Finis Sponsaliorum est, ut aliquo temporis intervallo matrimonium subsequatur.

Effectus Sponsaliorum est I. obligatio utriusque sponsi ad contrahendas futuro tempore nuptias.

An autem poena adjici possit, solvenda, si pars alterutra à Sponsalibus resilierit? Nobis problema esto.

Secundus Effectus est Impedimentum honestatis, quod ex sponsalibus validè contractis oritur. ubi

Quæritur, An etiam ex matrimonio ob defectum solennitatum à Consilio Trid. præscriptarum nullo, hoc impedimentum oriatur?

Resp. Affirm.

Contraria

Contraria Sponsaliorum sunt modi quibus dissolvuntur: Solvuntur autem primo, mutuo Consensu, non habita ratione, an Juramento antea confirmata fuerint, nec ne: 2. Per Sponsalia de presenti cum altero contracta, obligatio tamen priori sponso quæ sita non omnino extinguitur. Nec Copula carnalis simplex secundis sponsalibus accedens prioribus validis ullo modo derogat. 3. Solvuntur per ingressum in Religionem, & quidem ex parte ingressi subsequente professione, ex parte manentis in sæculo per solum ingressum. 4. Lapsu temporis 5. ex causa absentiae culpabilis, 6. ex causa fornicationis. Nec mutua delictorum compensatio hic locum obtinet. 7. Si notabilis inter sponso interveniat mutatio, quæ cognitâ sponsalia non fuissent contracta.

CAPUT II.

DE

MATRIMONIO.

Matrimonium duobus modis sumitur, primo pro ipso Contractu est Conventio,

tio, qua mas & foemina sibi invicem Jus tradunt in corpora sua, ad usum humanæ generationis. Secundo accipitur pro statu & vinculo per contractum inducto, & est maris & foeminæ Conjunctio individuum vitæ consuetudinem continens:

Dividitur in legitimum, ratum, & consummatum: Primum est, quod legitimo solum consensu inter personas habiles est initum. Ratum, quod Benedictione Sacerdotali inter Christianos perfectum est. Consummatum, quod per Copulam carnalem executioni est mandatum.

Causa Efficiens Matrimonij duplex est, remota & proxima, remota est Jus Naturæ improprie acceptum. Proxima vel contrahentes ipsi, qui neque natura, neque Jure ab hoc contractu arcentur, vel Procuratores ad perficiendum hunc contractum adhibiti.

Subjectum sunt corpora contrahentium ad legitimam Copulam habilia.

Forma

Forma Matrimonij in deliberato & vero Consensu contrahentium coram Parocho & duobus Testibus sufficienter declarato consistit, nec Parentum Consensus ad valorem ejusdem quidquam contribuit, nec aliunde necessarius est. Quomodo & qualiter autem Consensus ille explicandus sit, penes Ecclesiam circumstantiis hinc inde variantibus est determinare.

Consensus ille debet ferri in Jus exigendi Copulam. An autem radicalis, vel formalis, id est in actualem Copulam esse debeat, quæstio est? Nos suppositis supponendis in actualem Copulam consensum requiri, dicendum putamus:

Finis Matrimonij primarius est procreatio sobolis, secundarius remedium concupiscentiæ, & mutuam adjutorium.

Effectus est primus obligatio ad reddendum debitum Conjugale, & quidem

B

foli

foli Conjugi , & uni; Polygamia enim si muliebris sit, contra Jus Naturæ est, masculina , Jura Naturæ non quidem violat, Damnata tamen consilio Tridentio eorum sententia est , qui eandem inter Christianos ullo modo tolerari posse asserunt , utpote Jure Divino prohibitam.

Secundus Effectus est indissolubilitas ; factâ tamen inter matrimonium ratum , & consummatum illâ disparitate , quod primum per ingressum in Relligionem , & dispensationem Summi Pontificis etiam quoad vinculum (uti communis opinio Dd. vult) dissolvi, alterum vero nullâ humanâ potestate, neque ob adulterium , neque ob sevitiam , neque ob malitiosam desertionem aut ullam aliam ob causam totaliter rescindi possit.

Tertius Effectus est Legitimatio Prolium naturalium , qui etiam quoad feuda per subsequens matrimonium legitimantur.

Quæstio

Quæstionis est utrum legitimatio per
matrimonium locum habeat, si proles con-
cepta sit ex tali fœminâ, quæ tempore con-
ceptionis uxor esse non potuit, &

Resp. Affirm. Si impedimentum ante
tempus nativitatis fuerit sublatum,

Utrum vero Consensus liberorum ad
legitimationem per subsequens matrimo-
nium requiratur, & an iis contradicentibus
nihilominus legitimatio subsequatur? Quæ-
stio est de Jure Civili expedita & decisa, cui &
de Jure Canonico standum esse existimamus.

Quin Pontifex Summus Christianos
omnes in ordine ad Spiritualia legitimare pos-
sit? Nobis dubium non est.

In temporalibus extra Territorium su-
um facta non respicitur Ejus legitimatio, nisi
causa utilitatis publicæ subsit,

In Lege Divina Pontifex nunquam
dispensat, hinc nec matrimonium legitimè
contractum & consummatum invalidare nec

in gradibus Jure Divino prohibitis matrimonio
mittere potest.

Contraria Matrimonij sunt impedi-
menta quæ eidem vel contrahendo, vel
contracto, vel utrique simul obstant.
Horum alia sunt Impedientia, alia Diri-
mentia, prima illicita quidem faciunt ma-
trimonia contrahenda, contracta tamen
non invalidant; & hodie sunt Ecclesiæ veti-
tum, Tempus feriarum, Sponsalia, & votum
scilicet simplex.

Dirimentia dicuntur quæ matrimonia
reddunt illicita & invalida. Qualia sunt:

I.

Error substantialis nimirum in perso-
nâ quam mihi matrimonio jungi volo. Er-
ror autem talis non est, Error in Virginitate.

II.

Conditio; nimirum deficiens, si possi-
bilis sit, si impossibilis sit, pro non adjectâ
habetur nisi contra naturam matrimonij
sit,

fit, aut de contrariâ contrahentis intentione
constet.

III.

Votum nimirum solenne, quod si in
Religione approbata emissum sit, dirimit
matrimonium non solum contrahendum,
sed & contractum nondum consummatum;
si Majoribus tantum Ordinibus annexum
sit, dirimit contrahendum, non contractum
& ratum.

IV.

Cognatio, quæ si naturalis sit, in linea
ascendenti & descendenti matrimonium di-
rimit in infinitum, in lineâ collateralis
usque ad quartum gradum inclusive,
quod idem de affinitate legitima dicendum,
secus de illegitimâ ubi ad secundum tan-
tum gradum Impedimentum se extendit: Si
spiritualis, inter Baptizantem, baptizatum &
Baptizati parentes, inter levantem, levatum,
& levati parentes tantummodo matrimoni-
um dirimitur.

V.

Crimen, adulterij nimirum, vel Conjugidij; prius incurrunt, qui durante legitimo matrimonio adulterium committunt, ac insuper dant fidem, de contrahendo post mortem Conjugis matrimonio, vel illud de facto attentant. Secundum, qui matrimonij contrahendi gratiâ innocentis Conjugis mortem cum Effectu machinantur,

VI.

Cultus disparitas; qua infidelitas unius ex Conjugibus constituit.

VII.

Vis & metus gravis à causa liberâ ad extorquendum matrimonium injustè illatus.

VIII.

Ordines sacri nimirum Majores, ob votum castitatis solenne annexum,

IX. Li-

IX.

Ligamen præteritis nimirum validi matrimonij.

X.

Honestas ex Sponsalibus vel Matrimonio rato resultans ; quæ impedimentum suum ad primum usque gradum in Sponsalibus, in Matrimonio vero ad quartum usque gradum extendit.

XI.

Impotentia nimirum perpetua , si matrimonium præcesserit , sive respectiva tantum fuerit , sive absoluta.

XII.

Raptus virginis vel viduæ invitæ ; etiam ex post consentientis in matrimonium , quoque impedimentum dirimens constituit , quamdiu persona rapta , in locum , unde rapta est , restituta non fuerit.

Matri-

Matrimonium sine praesentia Parochi,
& Testium contractum in loco recepti con-
cilij Tridentini ipso Jure nullum est, nec pro-
les in eo nata legitima.

Aliud tamen dicendum, ubi praedictum
Concilium receptum non est;

Quid vero? Si quis è loco recepti Con-
cilij eâ intentione migret, ut dispositionem
ejusdem evitet. Si fraudulenter id fiat, secun-
dum Concilium nihilominus tenetur.



Erfurt, Diss., 1717

ULB Halle 3
004 548 485



f

TA-706

Nur 2 u. 4 bisher verknüpft



1705/17, 18.3

ICÆ

US

O,

TISSIMO,
MINO,

MO,
IRG,

TIMO & CA-
ESIARUM,
ITULA-
COPO,
TINI CON-
RII que
&c.

OBILISSI.

EGIA Do-

USCH,


gr.

THESES
SPO
MAT

D
RECTORE HUJUS
REVERENDIS
PHILIP
S. R. I. CO
SACRÆ CÆSAREÆ
MERARIO, nec no
MOGUNTINÆ
RI SENIORE,
EMINENTISSIMI
SILIARIO IN
ERFUR
AUTHORITATE

PR
Summos in Utr
Pub
JOANNES

Ad D
ERFORDI



Farbkarte #13

B.I.G.

